

422 [= 197] pars altera tituli praecedentis. Subiungunt libri optimi, ut Ambrosianus et Iucundianus uterque, fastos hos hemerologio inscriptione nulla addita, sed spatio tantum duorum triumve versuum vacuo relicto. Reliqui libri, qui fastos seiungunt ab hemerologio (ut Peutingeranus 526 et Sabini), inscriptione solent carere. Vide adnotata ad n. 421. — Capuae in castro PIGHIVS errore.

beLLA · FACTA · A · BELLO · MARSICO

	P·PETINIVS	P·PVBLIVS·AED	C·ANNIVS·	SEX·VETTIVS·AED	
a. 720	L·SEMPRONIVS·	L·SCRIBONIVS		EX·K·IVL·AD·K·IVL	35
	K·IVL·	PAVL·AEMILIVS	L·SCVTARIVS·	M·CALPVARNIVS·Q	
5		C·MEMMIVS	a. 723 IMP·CAESAR·III·	M·VALERIVS	
	K·NOVEM·	M·HERENNIVS	K·MAIS·	M·TITIVS	
	BELLVM·HILLVRICVM		K·OCT·	CN·POMPEIVS	
	EX·K·IVL·AD·K·IVL		BELLVM·ACTI		40
	Q·LARCIVS·	C·RVMEIVS·II·VIR		EX·K·FEBR·AD·K·IVL	
10	M·METILIVS·	L·ANNAEVVS·AED	SEX·TITIVS·	L·GEMINIVS·II·VIR	
	HOC·ANNO·QVAESTORES·CREATI		P·SEXTILIVS·	Q·LVCCIVS·AED	
	EX·K·IVL·AD·K·IVL			EX·K·IVL·AD·K·IAN	
	C·SVLPICIVS·	C·SALVIVS·BVBVLVCS·Q	L·SCVTARIVS·	T·SEPVNIVS II·VIR	45
a. 721	IMP·CAESAR·II·	L·VOLCACIVS	T·ANTONIVS·	M·VALERIVS·MESS·AED	
15	K·IANVAR·	P·AVTRONIVS	L·ANNIVS·	C·VALERIVS·Q	
	K·MAIS·	L·FLAVIVS	a. 724 IMP·CAESAR·III·	M·LICINIVS	
		C·FONTEIVS	K·IVL·	C·ANTISTIVS	
	K·IVL·	M·ACILIVS	BELLVM·ALEXANDREAE		50
	K·SEPTEMBR·	L·VINVCIVS	EID·SEPT·	M·TVLLIVS	
20	K·OCT·	q·LARONIVS	K·NOV·	L·SAENIVS	
	EX·K·IVL·AD·K·IVL			EX·K·IAN·AD·K·IAN	
	C·AEMILIVS·	Q·PONTIENVVS·II·VIR	L·CORNELIVS·	Q·VETTIVS II·VIR	
	C·VALERIVS·	C·TVRPILIVS·AED	C·CASSIVS·	C·GEMINIVS·NIG·aed	55
	L·LIVIVS·LIGVS·	L·CORNELIVS·Q Q		
a. 722 25	CN·DOMITIVS·	C·SOSIVS	a. 725 IMP·CAESAR·V·SEX·APPVLEIVS		
	K·IVL·	L·CORNELIVS	L·OPPIVS	L·LIVIVS·II·VIR·Q	
	K·NOV·	M·VALERIVS	M·NARIVS·	C·MESTRIVS·AED	
	EX·K·IVL·AD·K·SEPT·PRAEFECTI		Q·PLESTINVS·	SEX·FADIVS·Q	60
	T·LICINIVS·	L·CORNELIVS	a. 726 IMP·CAESAR·VI·	M·AGRIPPA·II	
30	EX·K·SEPT·AD·K·FEBR		IDEM·CENSORIA POTEST·LVSTRVM·FECER		
	C·PLOTIVS·	C·ANNAEVVS·II·VIR		EX·K·IAN·AD·K·IVL	
	EX·K·IVL·AD·K·FEBR		L·GAVIVS·	C·GEMINIVS·NIG·II·VIR	
			Q·CAETRONIVS·	C·CLODIVS·AED	65

Servati sunt fasti hi consulares, ut supra dictum est, una cum hemerologii parte supra n. 421 relata, quare de libris scriptis ad dicta ibi remittimus. Repetiverunt Apianus p. 315 (unde sumpserunt Smet. 163, 9, Grut. 299, 2 simpliciter, Smet. 64, Grut. 299, 1 emendatos coniectura; item v. 3—6 ex Erizzo dat Grut. 1087, 2. 3) ex libro Peutingerani simillimo (nam v. 33 est post 9); Pighius cod. Berol. f. 203 (inde Zumptius comm. epigr. 1 p. 6. 7), ed. annal. ad a. 719 (t. 3 p. 494), qui sumpsit ex libro ms. Marcelli Cervini cardinalis S. Crucis, nempe Iucundi; Donius vel potius Gorius 5, 4 (inde Donat. 155, 3) ex ms. Iucundi hodie Magliabecchiano; Mur. 294, 1 ex schedis, ut ait, Farnesianis antiquioribus, nimirum ex Ambrosiano A 55 inf. Ed. inter fastos consulares Henzenus vol. I p. 467 (cf. p. 568).

Variam lectionem hic quoque dedi quattuor librorum scriptorum Ambrosiani, Peutingeri, Sabini, Iucundi (Veron. et Berol.). — Versus in uno codice Ambrosiano inveniuntur recte dispositi per paginas duas sic:

AMBROS. :		PEUTINGERI ARCHE-
f. recto :		TYPVS :
1.		f. recto :
33.	34—42	1—9 33—41
2—10		
f. verso :		f. verso :
11—32 43—65		40—32 42—65

Reliqui codices versus continuant confunduntque, ratione tamen dispari: Iucundus et Sabinus sic ordinant: 1+33. 2—10. 34—42. 41—32. 43—65, Peutinger autem sic: 1—9. 33—41. 10—32. 42—65, ut appareat tam illos quam hunc in eo errasse, quod post f. recti paginam priorem eiusdem folii paginam posteriorem descripserunt, cum f. versi paginam priorem describi oportuisset, sed Iucundum Sabinumque secutos esse archetypum ita divisum, ut cernitur in libro Ambrosiano, Peutingero autem praesto fuisse exemplar, cuius f. rectum versuum numerum uno minorem haberet, sicut demonstrat schema supra adscriptum. — Litterae in exemplis eiusdem magnitudinis sunt omnes.

1	LLA Sab. Peut., TABELLA Iuc., TABVLA Ambr.	16—19 sic exhibet Ambr. :	43	SEXTILIVS Peut. Ambr., SEXTIVS Iuc. Sab.		
A	Peut. Sab. Iuc. (Á cod. Pighianus), om. Ambr.	K·MAIS·C·FONTEIVS		Q·LVCCIVS·AED om. Peut.		
2	PECINIVS Iuc., PECINVS Sab., PETIMIVS Peut.	L·FLAVIVS	45	SEPIMIVS Sab. Apian., SEPTIMIVS Peut.		
	PVBLIVS Sab.	K·IVL	46	MARCVS Sab.		
4	IVLIS Peut. Ambr.	K·SEPTEMBR·M·ACILIVS		MESS om. Iuc. (Berol.)		
	PAVLVS Ambr.	L·VINVCIVS	48	PICINIVS Peut.		
5	K·NOVEM hic collocat Ambr.	20	K· om. Peut. Ambr.	50	ALEXANDRIE Ambr.	
7	HILLVRICVM Ambr., HILVRICVM Peut., ILLVRICVM Iuc., ILVRICVM Sab.	L·LARONIVS traditur.	24	LIGVC Peut.	52	SENIVS Ambr.
10	ANNEVS Iuc.	25	CN·DOMITIVS Peut. Ambr., C·DOMITIVS Iuc. Sab.	55.	56 magistratuuum collegium excidisse manifestum est, aedilium nomina superesse magis quam quaestorum probabile.	
13	SVLPITIVS Peut.	27	N·VALERIVS Peut.	60	PLAESTINVS Peut. Ambr.	
14	VOLCATIVS Sab.	30	SEPT] IVL Peut.		FABIVS Peut.	
16	MAIS Peut. Ambr., MAI Iuc. Sab.	31	ANNAEV Peut., AIMAEVS Iuc., ANNEVS, adnotans 'AIMEVS habent alii', Sab.	62	om. Peut.	
		38	MAIS Peut. Ambr., MAI Iuc. Sab.		POTESTATE Sab.	
			M·TITIVS Peut. Ambr., T·TITIVS Iuc., T·TITIVS Sab.	65	CAETRONIVS Peut., CENTRONIVS Sab. Iuc., CAESTRONIVS Ambr.	

Ad hanc tabulam explicandam quae afferre utile visum est cum commentario de rebus Venusinorum quod praemisi inseruerim, hoc loco unum addam. In eadem tabula perscripta fuisse menses Maium et Iunium fastorum annalium et fastos magistratuuum Romanorum et Venusinorum a. 720—726 cum evidenter appareat et ita ante hanc tabulam duae similes eiusdem magnitudinis fuerint necesse sit, perierunt ex tabula magistratuuum versus circiter 130, quibus nomina consulum annorum circiter 55 additis censuris et bellis et fortasse aliis adnotationibus cum perscripta fuerint, spatium quod restat nequaquam sufficit ad nomina magistratuuum municipalium eius temporis omnia recipienda. Quod si consules ibi perscripti fuerunt a bello Marsico, magistratus municipales a colonia demum condita, spatia recte convenient. In principio *beLLA* supplementum Rossio nostro debetur.